1

Ignatius Jacobus Princeps Massalski DEI et Apostolicae Sedis Gratia Eppus Vilnensis.

P.A.R. Dno Alexandro Werbusz Coadjutori Canco Cathe Vilnensis Nobis in Xsto dilecto salutem in Dno. Introductio boni Ordinis in Archivum Dioecesanum, uti depositum Bonor. omnium Ecclesiar. Dioecesis Nrae faciendae, merito inter partes solicitudinis Nrae non modica consideratione sit digna. Quam Nos pro posse perficere cupientes Dni. tuae committimus, requirimusq, ut ad locum praefati Archivi cum assumpto habili Idoneoq Notario condescendens Visitationem Ejusdem aggrediaris, ac fundata Jurisdictione Documenta, omniaq praefatum Archivum concernentia visites, de statu dicti Archivi tam ante susceptionem curae Ejusdem per Rndum. Gorczycki, quam tempore dimissionis, tum etiam tempore quo moderno Archivistae committebatur ex Testibus fide dignis inquiras, ac obvenientes altercationes, inter Perillrem Cancellarium Dioecesis Nrae et Rdum praeteritum Archivistam tam ex Actoratu Perillris Cancellarij in Judicijs Curialibus, quam ex actoratu Rndi Gorczycki in Officio Consiali formatis, finaliter in loco loci decides ac dijudices in omnibus causae hujus Cathegorijs, quam ad eum effectum ex suprafatis Judicijs evocamus, Decretumq hoc in parte tuum debitae executioni demandari cures, hisq peractis, ea quae corrigenda, vel reformanda in Regimine Archivi reperreris inito Nobiscum Consilio corrigas et reformes, ac quae ad bonum Ordinem inducendum opportuna judicaveris statuas et decernas. Ad quae omnia plenam Dni tuae tribuimus Authoritate Ordinaria facultatem et potestatem. In quor. fidem etc Datum Vilnae in Cancellaria Curiae Nrae Die 12. Maij 1787. Anno. — Ignatius Eppus — L.S.

Za Altow

Quid sit

zo P

19.	
155	17.
10.	
6.	
5.	
7.	
6.	
3.	
4.	
215	17.
56.	
171	17.

600	
160	
760	30
271.	17.
488	13

Kwartuiola Jedna.
Basetla Jedna. —
Altowka Jedna.
Waltorni Inwencyonalnych
ze wszystkich tonow dwie.